



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 De prædestinatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non, & hoc non importat in Deo imperfectionem potentiae, sed quia hoc non habet rationem possibilis. Nam omnis virtus activa producit effectum sibi similem. Omne autem quod agit, agit in quantum est ens actu. ergo effectus agentis est ens actu. Quicquid ergo repugnat ei quod est esse actu, repugnat potentia activa, quod esset si contradictionia simul essent.

AD SECUNDVM dicendum, quod esse aliquid infinitum actu posset suspicari ex primo a spe, quod est impossibile, quia sequeretur illud esse aequalis Deo: sed hoc non sequitur, quia ei quod est infinitum omnibus modis non adaequaretur illi quod est infinitum uno modo. Dato n. quod est ignis infinitus secundum magnitudinem, non adequabitur Deo, quia & si sit finitus ignis in quantitate, tamen est quid finitus spiritus. Deus autem omnibus modis est infinitus. Cum ergo queratur, utrum sit possibile Deo facere aliquid infinitum in actu, dicendum quod non: potest in agentis per intellectum aliquid repugnat dupliciter. Vno modo, quia repugnat potentiae eius; alio modo quia repugnat modo quo agit. Primo modo, non repugnat potentiae Dei absolutae, quia non implicat contradictionem: sed si consideretur modus quo Deus agit, non est possibile. Deus n. agit per intellectum, & per verbum quod est formatum oīum, unde oportet quod oīa que agit, sint formata. Infinitum autem accipitur sicut materia sine forma: nam infinitum se tenet ex parte materiae. Si ergo Deus hoc ageret, sequeretur quod opus Dei esset aliquid informe, & hoc repugnat ei per quod agit, & modo a ged: quia per verbum suum omnia agit, quo omnia formantur.

Q V A E S T I O III.

ARTICVLVS III.

Vtrum prædestinatione sit certa.

DEINDE quæstum est de prædestinatione, utrum sit certa, & uidetur quod non, quia possibile est prædestinatione damnari, sicut Petrum si fuisset statim mortuus, quando peccauit Christus negando. Si uero dicas quod prædicta locutio est de dicto uera, de re uero non. Contra, quia hoc est locum in formis separabilibus: sed hæc forma, quæ est prædestinatione, est inseparabilis.

RESPON. Dicendum, quod prædestinatione est quidam pars diuinæ prouidentie: prouidentia autem dicit directionem aliquorum in finem, & hæc presupponit scientiam & voluntatem. Sic ergo prædestinatione habet certitudinem ex parte scientie Dei, quod non potest falli: & ex parte voluntatis diuinae, cui non potest aliquid resistere: & ex parte prouidentie, quæ certisimo modo ducit ad finem, et Deus sit sapientissimus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod prædestinatione habet certitudinem, & tamen non est necessaria: non prædestinatione saluari, sed remanet contingens. Dicendum est, quod hæc certitudinem ex scientia, voluntate, & prouidentia, & nullum istorum contingetiam impedit. Scientia non, quia scientia Dei est futuorū, prout sunt in praesenti, & secundum hoc sunt determinatae. Voluntas non, quia voluntas Dei est principium totius entis. ergo non cadit sub ratione contingetiarum, sed neccesitatis: sed hæc effluunt & ordinantur ex Dei voluntate, & sic ipsa Dei voluntas facit quædam esse contingetiarum, parado cæs contingentes illis rebus, quas uult esse contingentes: & similiter necessitas cæs rebus, & effectibus necessariis, & sic voluntas Dei semper ipse, non tamen oīa necessario eveniunt, sed eo modo quo Deus uult ea esse, & vult quod sint contingentes. Prouidentia non, quia non tollit contingentiam.

AD SECUNDVM dicendum, quod bona est distinctione. Sed ad obiectum de formis dicendum, quod alter est de formis realibus, & aliter de predicatis, quæ important aliquid pertinens ad actum rationis, quia in primis, s. realibus, si in eis debeat habere locum talis distinctione, opertur inesse separationem in re: & in consideratione in secundis non requiritur, sed oportet quod res illas cadat super alia consideratione: & sic dico quod iste prædestinatus potest considerari uel ut in se, uel ut diuina cognitioni relatus, & sic uno modo attribuitur ei quod possit damnari, alio modo non.

ARTICVLVS IV.

Vtrum omnia substantia fato.

DE INDE quæstum est de fato, utrum omnia substantia fato.

RESPON. Dicendum, quod primo oportet scire quod sit fatum, & sic postea faciliter patet ad propositionem. Videamus autem multa contingenter eueneri, & ideo olim fuit dubium utrum illa quæ uariabiliter & inordinata contingunt, reducantur in aliquam causam ordinantem: & qui dicunt non, dicunt fatum nihil esse, ut Tullius dicit. Quidam dicunt quod in aliquam causam superiorem ordinatur, & isti nominauerunt fatum a fori, faris, quasi hic omnia sint prefata quadam superiore causa. Sed horum est triplex opinio. Quidam n. reduxerunt hoc in quandam scienciam causarum, quam dicunt fatum, sicut stoici, qui dicunt quod nihil est quod non habeat causam, & posita causa necesse est ponere effectum. Si ergo euenerit, uel est talis, uel talis effectus habuit causam, & hæc causa aliama causam, & sic deinceps: sicut aliquis est occisus de nocte, quia exiuit domum, quare exiuit domum, quia sicut sit, quare hoc, quia falsa comedit, & sic quia comedit falsa ex necessitate moritur. Aristoteles responderet negans duos primos. Primo, quod non quicquid sit, habet causam, sed tantum quod sit per se. Quod autem ego occidat me ex parte, est per accidentem. Secundo, dicit quod non posita causa ponetur effectus, quia potest impediti, & ideo non sequitur, uel non stat series causarum. Alii reducunt hæc in aliam causam, s. in corpora celestia, ex quorum necessitate dicunt omnia accidere, unde dicunt quod fatum nihil aliud est quam uis positionis sylerum. Hæc autem opinio duplicitate est falsa. Primo, quantum ad res humanas, quæ proueniunt ab intellectu, qui cum sit virtus incorporeæ, non subiacet actioni aliquius corporis, & ponere aliam subiacere virtuti corpori celesti, nihil aliud est, quod ponere istelle, non differt a sensu, ut dicit Philippius 1. de anima in finibus per accidentes, & occasione.

Et hoc autem opinio duplicitate est falsa. Primo, quantum ad res humanas, quæ oīa sunt prædeterminatae, & ordinatae, & secundum istos fatum erit quidam effectus prædictus, quæ prouidentia nihil aliud est, quod ordinis rerum, put est in mente diuina: fatus uero est explicatio illius ordinis, put est in rebus. Vñ Boetius. Fatum est immobilitas dispotis rebus mobilibus, inha-
rent. Sic ergo accipiendo fatum, potest dici quod omnia substantia sunt fato. unde dicitur Proverbiis 2. super illud. Non vocabis ultra Baalim, sed uir mens, quod id est utrumque: sed Deus notuit hoc, quia Baalim non men erat cuiusdam gentium, & ideo sunt uitanda nomina gentilium, cuib[us] nec nomina coenuntur.

Quodlibet. S. Tho.

K 2 ha-

QVODLIBET. XII. ART. V. VI. VII. VIII. IX. X.

habere communia, & ideo Augustinus dicit. Si quod hoc modo intelligat fatum, lenteat in teneat, linguam corrigat, ut non dicat fatum, sed prouidentiam Dei.

QVÆSTIO V.

ARTICVLVS V.

Vtrum esse angelus sit accidentis eius.

DEINDE quæstum est de angelis.

¶ Et circa hoc quæsta sunt duo.

¶ Primo, Vtrum esse angelus sit accidentis eius, & uidetur quod non, quia accidentis intelligitur inesse aliqui praexistentes: angelus autem non praexistit ipsi esse.

CONTRA Hilarius dicit &c.

RESPON. Dicendum, quod opinio Auic. fuit, quod unum & ens semper pdicant accidentis. Hoc autem non est verum, quia in unum prout cōuerterit cum ente, signat substantiam rei, & similiter ipsum ens: sed in unum prout est principium numeri, signat accidentes. Scendum ergo, quod unumquodque quod est in potentia & in actu, fit actu per hoc quod participat actum superiorē. Per hoc autem aliquid maxime fit actu, & participat per similitudinem primū & parvum actum. Primus autem actus est esse subtilis per se, unde completionem unumquodque recipit per hoc quod participat esse: unde est complementum omnīs formā, quia per hoc completur quod hēt esse, & hēt esse cum est actu, & sic nulla forma est nisi per esse. Et sic dico quod esse substantiale rei non est accidentis, sed actualitas cuiuslibet formā existentis sive sine materia, sive cū materia: & quia esse est complementum omnīum, inde est quod proprius effectus Dei est esse, & nulla causa dat esse, nisi in quantum participat operationem diuinam, & si propriè loquendo, non est accidentis, & quod Hil. dicit, dico quod accidentis dīlarge oē, quod non est pars essentiæ, & sic est esse in rebus creatis, quia in solo Deo esse est eius essentia.

ARTICVLVS VI.

Vtrum diabolus cognoscat cogitationes hominum.

SECUNDO quæstum est, utrum diabolus cognoscat cogitationes hominum.

RESPON. Dicendum, quod cognoscere cogitationes cordis potest contingere dupliciter, in se & per se, & in aliquo effectu. Primo solius Dei est. Hier. 15. Praecepit cor hominis, & inscrutabile: vnde nec angelii sic eas cognoscunt, cuius ratio est triplex. Una, propter debilitatem eius quod habet, eo quod supra gradum quo aliquid est ens in potentia, est gradus quo res sunt in anima. Alia ratio est, quia quod est in veritate causæ aliquius, non potest cognosci nisi a causa quæ nata est mouere illā: voluntatem autem mouet solus Deus. Cum ergo omnes cogitationes dependant a voluntate sicut a sua causa, solus Deus eas cognoscit. Alia ratio est, quia angelii illa qua cognoscunt naturaliter, cognoscunt per spēs naturaliter in ditas, & he sunt species rerum naturalium, non aut cogitationum: quia hæc non reducuntur ad causam naturalem, vel non pertinent ad cognitionē naturalium, tamen per effectus cognitionum cognoscunt cogitationes, sicut & hō facit, cum ipsi subtilius cognoscunt effectus, qui causantur ex cogitationibus. Nam fīm cogitationes hō afficiunt aliqua passione, & per eas mouentur cor, & hos motus subtilius ipsi cognoscunt quā nos, & sic aliquid cognoscunt de cognitionibus cordis, & hoc Aug. dicit in li. de diuinat. dēmo

F num, licet alibi dicat, quod determinare in eis talē cognitionem sit presumptuosum.

QVÆSTIO VI.

ARTICVLVS VII.

Vtrum cælum, vel mundus sit eternus.

DEINDE quæstum est de celo-

¶ Et circa hoc quæstum fuit.

Vtrum cælum, vel mundus sit eternus.

RESPON. Dicendum, quod non, sed mundum incepisse est de numero corum que cadute subfūde, non sub demonstratione. Nam quæ dependet ex simplici voluntate Dei, p̄t esse & nō esse: & ad hoc quod non sit, non inducit aliqua necessitas ex parte Dei: diuina autem bonitas, quae est finis rerum, p̄t ita esse si non sit mundus, sicut si sit mundus.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum cælum sit animatum.

SECUNDO quæstū est, vtrū cælum sit animatum.

RESPON. Dicendum, quod de hoc diuersissimo sentiunt doctores ecclesie. Hieron. dicit fugit & evanescit, quod sol est aiatū. Dam. hoc negat & hoc differentia est est apud philosophos. Plat. & Aris. ponunt corpora supercaelestia animata. sc. Anaxago. vero nō: & ideo legitur fusce ocelli. Ego autem dico secundum Aug. 2. super Gen. ad literam, quod non refert ad fidem, utrum sic, ad alterum sit: vnde hoc nō determinat Enchadens, quod si ponamus corpora caelestia esse animata, non ideo erunt in iudicio tres ordines iudiciorum. angelorum, & hominum, & animalium, quia illæ anima computabuntur cum angelis, & hoc sensisse videtur ille qui fecit prefationem, cū dicit Cæli cælorumque virtutes. Et ratio patet.

QVÆSTIO VII.

ARTICVLVS IX.

Vtrum anima perficiat corpus immediate, vel mediante corporeitatem.

DEINDE quæstum est de hominē quantum ad naturam, & quantum ad gratiam, & quantum ad culpam.

¶ Circa primum quæsta sunt tria.

¶ Primo, Quantum ad animam.

¶ Secundū, De cognitione animæ.

¶ Tertio, de effectu cognitionis.

¶ Circa animam quæsta sunt duo.

¶ Primo, Vtrum anima perficiat corpus immediate, vel mediante corporeitatem.

RESPON. Dicendum, quod in nullo corpore est nisi una forma substantialis, cuius est rō triplex. Prima est, quā si plures, sequens non erit forma substantialis, quē facit esse simpliciter, sed solum accidentalis, quā facit esse hoc. Item, si sit acquisita forma substantialis, non erit generatio simpliciter. Item, quia non est compositum ex anima & corpore unum simpliciter, sed duo simpliciter, & utrum per accidentem.

Si dicatur corporeitas forma corporis, corporeitas dicitur dupliciter, quandoque tres dimensiones, & hoc non est forma substantialis, sed accidentis: aliquid dicitur quādam forma ex qua prouenit triā dimensio, & hēc non est alia forma specifica.

ARTICVLVS X.

Vtrum anima traducatur.

SECUNDO, Vtrum anima sit ex traduce.

RESPON. Dicendum, quod Au. hanc quæstionem